BOLETÍN

DE LA

REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA.

TOMO XXXVI. Mayo, 1900. CUADERNO V.

INFORMES.

I.

PRIVILEGIOS DE LOS HEBREOS MALLORQUINES EN EL CÓDICE PUEYO TERCER PERÍODO, SECCIÓN SEGUNDA.

Coge esta sección veinte documentos (**77-96**), que discurren desde 8 de Junio de 1360 hasta 9 de Junio de 1375. La última fecha señala el término de las guerras, sostenidas por los estados de Aragón, ya en favor ya en contra de D. Enrique de Trastamara. En la primera mitad de 1375 respiró por fin D. Pedro IV el Ceremonioso, asegurando sus derechos á la Corona mallorquina con la defunción del pretendiente D. Jaime IV, rey consorte de Nápoles, que fué sepultado en Soria; príncipe valeroso, que había peleado heróicamente en la batalla de Lluchmayor (1349), donde murió su padre, y que dos veces (1369, 1374) tanteó la suerte de las armas para recobrar el solio de sus mayores. Desvanecido este nublado, la paz amigable y duradera se ajustó en Almazán (12 Abril), y fué jurada por el rey de Aragón en Lérida (10 de Mayo) cimentándose en Soria poco después (18 Junio) con las bodas, ó feliz matrimonio, del príncipe D. Juan, heredero de D. Enrique II, con doña Leonor, hija de Pedro IV y madre que pronto había de ser de Enrique III de Castilla y Fernando I de Aragón. Así los beneficios de la paz sirvieron de contrapeso á las calamidades del hambre y de la peste, que afligieron en 1375 á

los hebreos mallorquines. Casi todos los documentos que abarca esta sección se hacen eco del empobrecimiento que sufrió la aljama de las Baleares, obligada, como sus hermanas de la Península, á contribuir á los gastos de tan feroz y empeñada lucha, en cuyo trance culminante (23 Marzo 1369) no para contenerla, sino para cambiar su aspecto, fué muerto D. Pedro el Cruel por quien lo denostaba llamándole «fi de puta, judío». La reacción aviesa y tenaz contra la grey israelítica, que siguió los pasos del bastardo de Alonso XI en Toledo (1355), en Nájera (1360), en Briviesca (1366) y en todos sus dominios, mientras fué rey († 30 Mayo 1379), se dejó también sentir en Mallorca. La férrea mano de D. Pedro IV y la de su hijo el príncipe D. Juan reprimieron con eficacia, si bien no amansaron el coraje de los pueblos, oprimidos y esquilmados por la usura y estimulados por el celo ardiente de la fe religiosa. De los documentos de esta sección en especial se colige que los cristianos de Palma se oponían constantemente á que los privilegios de su ciudad fuesen, como lo fueron, otorgados á los judíos, alegando que éstos se negaban á sostener las cargas exorbitantes del municipio so pretexto de que ningún tributo rendían sino al rey, interesado como el que más en favorecerlos. Si en razón de los impuestos, que votaban las Cortes é implacable exigía la guerra, ponían los cristianos el grito en el cielo, y obtenían de la cancillería regia prórogas de solución *(elongamenta)* ó por lo menos exención de no ser encarcelados *(guidatica)*, porque no les era dable satisfacer de momento á sus acreedores israelitas, protestaban éstos y eran indefectiblemente atendidos; quedándose aquéllos burlados y desesperados. Los motines populares y las sangrientas revueltas populares contra la aljama (doc. **86, 92**, **93** y **94**) que ocurrieron durante los años 1370 y 1374, presagiando la catástrofe de 1391, fácilmente se explican considerados á la luz del documento **96**, en que declara el Rey que la mayor parte del caudal y hacienda de los hebreos mallorquines provenía de créditos ó préstamos usurarios.

77.

Zaragoza, 8 de Junio de 1360. Decisión del pleito seguido por el Ayuntamiento de Palma, en recurso de alzada contra la aljama hebrea Mallorquina. Con esta sentencia decisiva ratifica el Rey la de D. Bernardo Vives favorable á los judíos.—Fol. 72 y 73.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Attendentes pro parte secretariorum et aljame judeorum Majoricarum fuisse Nobis humiliter supplicatum quod, cum dicta aljama et ejus singulares sint exempti liberi et quitii a quacunque solutione et contributione fienda cum juratis et universitate Majoricarum in quibusvis talliis questiis et collectis regalibus et vicinalibus ex speciali privilegio domini regis Alfonsi, bone memorie (1), per Nos confirmato, et etiam a quacunque subventione et solutione dicte civitatis fienda in et de quavis pecunie quantitate per modum accomodi, tallie, questie, taxationis vel secrete, et alias modo quocunque, et hoc ex alio privilegio nostro, ut de ipsis privilegiis clare liquet, et dicta aljama et ejus singulares que per se solvunt Nobis servitia, subsidia et alias taxationes, que et quas ab eis habere incessanter nos convenit, propter quarum solutionem onera non modica censuum et usurarum et alia importabilia necessario dictos judeos subire et solvere oportuit et oportet, multipliciter et importabiliter sint oppressi, fueritque per Nos cognitum non esse naturalem equitatem quod dicta aljama et ejus singulares solvant et contribuant ex duabus partibus *in exactionibus guerre Castelle* pro se solum et cum dicta universitate, qui etiam fuerunt absoluti per sententiam fidelis de Consilio nostro Bernardi Vives, commissarii per Nos deputati super questione que vertebatur exinde inter juratos Majoricarum et secretarios dicte aljame, quod ipsa aljama et ejus singulares non possint compelli ad contribuendum in aliquo dono seu quovis alio onere tam regali quam vicinali cum dicta universitate

(1) Alfonso III de Aragón, años 1285-1291.

Majoricarum, et id quod jamdicta aljama solverat in dicta guerra solvatur tamquam coacta et cum protestatione, a qua sententia dicti jurati, ut dicitur, appellarunt, ob quam appellationem dicti judei dampnis et expensis plurimum sunt oppressi, adeo quod propter innumerabiles et importabiles exactiones et peitas, quas per se habent separatas, non possent dictam appellationis causam ducere absque ipsorum maximo detrimento, dignaremur super hoc de opportuno remedio providere:

Quorum supplicatione benigne suscepta, cum privilegia Regum et Principum debeant esse mansura, nec sit naturalis, sicut predicitur, equitatis quod dicta aljama et ejus singulares solvant et contribuant ex duabus partibus, nec fuerit usitatum in aliquibus locis terre nostre quod judei contribuant cum christianis, sed per seipsos solvunt et contribuunt Nobis qui, occurrentibus negotiis, eis demandas et exactiones quamplurimas frequentamus; propter ea, tam nostris quam dictorum judeorum super hoc indempnitatibus providentes, volentesque judeos ipsos ab indebitis oppressionibus et vexationibus preservare et ne veniant ad destructionis articulum, ad quam de facili pervenirent si per Nos ex una parte et per universitatem Majoricarum ex altera eos in contributionibus contingeret agitari, dicta privilegia, que habent a Nobis et nostris predecessoribus, presentis serie confirmamus. Volentes et mandantes de certa scientia et expressa quod dicta aljama et ejus singulares non possint compelli nec teneantur ad solvendum et contribuendum cum universitate Majoricarum in aliqua pecunie quantitate per modum accomodi, tallie, questie, taxationis vel secrete, etiam occasione dicte guerre, nec in aliis etiam quibuscunque exactionibus ac juribus regalibus vel vicinalibus, vel alias quocunque nomine censeantur, cum non sit justum nec equum quod dicta aljama, que jam habet suas impositiones peitas et contributiones separatas, in quibus dicti jurati et eorum universitas contribuere non tenentur, solverent in predictis cum dictis juratis et universitate, quia sic judei ipsi contributione duplice gravarentur, nec in aliis terris seu regnis nostris, est, sicut predicitur, usitatum quod aljame judeorum contribuant cum christianis, quin immo ipse aljame eorum demandas peitas et contributiones habent per se penitus separatas, Nolentes quod

dicta aljama et ejus singulares pretextu quarumvis concessionum vel gratiarum, per Nos factarum ac fiendarum universitati Majoricarum contra predicta, quomodolibet compellatur nec compelli possint ullo modo, appellatione et contradictione cessantibus quibuscunque.

Et mandamus expresse ac de certa scientia gubernatori Majoricarum aliisque officialibus nostris et juratis Majoricarum, presentibus et futuris, quatenus hujusmodi nostram confirmationem concessionem et voluntatem firmas habeant et observent, et contra non faciant aut veniant quavis causa.

In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus, nostri sigilli pendentis munimine reboratam.

Data Cesarauguste, octavo die Junii anno a Nativitate Domini M.CCC. sexagesimo, regnique nostri vicesimo quinto.

Rex Petrus.

Dos días después (10 Junio 1360), el Rey prorrogó las Cortes aragonesas para el día 1.° de Marzo del año próximo, y no tardó en irse á Barcelona, donde llegó el 30 de Junio.

78.

Barcelona, 27 Octubre 1362. Concede el Rey á la aljama, que no pague la sexagésima de las baratas, y dispendios que hiciere para el subsidio de la guerra contra Castilla, y el procomunal de la misma Corporación. Está esta cédula incluída en la siguiente.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilecto consiliario nostro Bernardo de Thous, etc., salutem et dilectionem.

In humili supplicatione, Nobis reverenter exhibita pro parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum, vidimus contineri quod ipsi secretarii tam ratione subsidiorum que ipsos Nobis facere oportet quam etiam pretextu exactionum et aliorum incumbentium onerum ac expensarum quas et que aljama ipsa habet quotidie supportare, recipiunt baratas tam rerum quam pecunie, et vendunt et onerant census super aljama ipsa, pro quibus impositionem quatuor denariorum pro libra emptoribus seu collectoribus impositionis ejusdem solvere compelluntur.

Unde, cum jurati Majoricarum, similes recipientes baratas ac vendentes et onerantes census super universitate predicta pro donis et subsidiis regalibus vel aliis communibus ipsius civitatis oneribus, a solutione dictorum quatuor denariorum pro libra, ut dicitur, sint exempti, et propterea fuerit Nobis humiliter supplicatum ut eis super hiis de opportuno dignaremur justitie remedio providere:

Idcirco Nos, eorum supplicatione suscepta benigne, vobis dicimus et mandamus quatenus, ex quo jurati predicti dictam impositionem ut premittitur non exsolvunt, secretarios predictos ad solvendum impositionem quatuor denariorum pro libra de hiis, que vendunt vel baratant pro subsidiis vel donis regalibus, nullatenus compellatis, nec compelli aut distringi per aliquem permittatis.

Datum Barchinone, vicesima septima die Octobris, anno a Nativitate Domini M.CCC.LX. secundo.

J. Cancellarius.

79.

Barcelona, 23 Julio 1363. Insiste el Rey en que se cumpla lo dispuesto por la cédula precedente.—Fol. 28 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilecto consiliario nostro Bernardo de Thous militi, gobernatori Majoricarum, ac alii cuicunque qui pro tempore preerit officio supradicto, salutem et dileccionem.

Pridem, ad supplicationem secretariorum aljame judeorum Majoricarum, vobis scripsisse recolimus in hec verba: Petrus Dei gratia rex.....

Ideo, ad supplicationem nunciorum dicte aljame propterea Nobis factam, vobis dicimus et mandamus de certa scientia quatenus dictos secretarios ad exolvendum impositionem quatuor denariorum pro libra de hiis que vendunt vel baratant pro subsidiis vel donis regalibus, aut de redimendis ipsis venditionibus aut aliis per ipsos alienatis, non compellatis seu compelli et destringi per aliquem permittatis.

Data Barchinone, vicesima tertia die Julii anno a Nativitate Domini millesimo CCC.LX. tertio.

Bernardus de Palou.

En 8 de Marzo de este año se cerraron las Cortes generales de Monzón, inauguradas en 23 de Noviembre del año anterior, á las que asistieron aragoneses, catalanes, valencianos y *baleáricos*. Para contrastar la pujanza del Rey de Castilla, que se entró por lo mejor de las tierras de su rival, y habiéndose apoderado de Cariñena, Teruel, Segorbe y Murviedro, se puso á la vista de Valencia con ánimo de rendirla, decretaron las Cortes de Monzón extraordinarios subsidios, siendo muy considerables los que ofrecieron por un lado las islas de Menorca é Ibiza y por otro la de Mallorca. En 2 de Julio se firmó la paz ó tregua de Murviedro: y en 20 del mismo mes el Rey de Aragón, muerto su hermano D. Fernando, recobraba el señorío de Tortosa; yéndose luego de esta ciudad á Barcelona, donde firmó el documento presente.

80.

Tortosa 13 Marzo 1365. Otorga el Rey á la aljama que ninguna concesión de prórroga, sobreseimiento, guidático, inducción ó cualquier otra á título de hacer guerra por tierra ó por mar á D. Pedro I de Castilla, ó cualquier otro título, obste á que los secretarios y demás individuos de la misma aljama puedan exigir á plazo debido, ó como lo marca el Derecho común, los préstamos y depósitos que hubieren hecho, y las deudas que hubieron comenzado á cobrar antes del tiempo en que se dieron ó dieren dichas concesiones.—Fol. 82 v., 83 r.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Quia justa petentibus non est denegandus assensus, idcirco ad supplicationem Nobis pro parte vestra, secretariorum et singularium personarum aljame judeorum civitatis Majoricarum ejusque collecte humiliter inde factam, et ut *vos, qui estis regie camere specialis*, valeatis melius et utilius de bonis nominibus sive creditis vestris regales exactiones et subsidia solvere, ceteraque onera vestra supportare ac vestris necessitatibus providere, tenore presentis declaramus volumus et decernendo providemus ac etiam ordinamus quod in elongamentis, supersedimentis, gui-

daticis inductionibus aut aliis provisionibus quibuscunque, per Nos vel quamvis aliam personam loco vice seu nomine nostro, et ex proprio motu vel ad postulationem impetrantium quorumcunque, *in favorem guerre quam habemus cum rege Castelle, vel armatarum quarumcunque, aut cujusvis stolei per terram vel per mare facti seu fiendi*, seu alias qualicunque modo causa vel ratione et sub quacunque forma seu expressione verborum universaliter aut singulariter factis vel concessis ac de cetero fiendis vel concedendis personis quibuscunque, cujusvis legis status gradus sexus vel conditionis existant, non comprehendantur includantur seu intelligantur, aut possint comprehendi includi seu intelligi quomodolibet, tacite vel expresse, debita que vobis dictis judeis aut quibuslibet singularibus vestris debentur seu de cetero debebuntur nomine depositi vel comande, neque etiam illa pro quibus ante concessionem dictorum elongamentorum supersedimentorum guidaticorum inductionum sive provisionum executio fuerit inchoata. Quia Nos, ex certa scientia et expresse ac ex nostra plenissima facultate, dicta elongamenta supersedimenta guidatica inductiones atque provisiones, queque sint vel fuerint, quatenus ipsa, vel aliquod ipsorum, solutiones predictorum, que per modum predictum vobis debentur vel debebuntur, possent nunc vel in futurum impedire seu modo aliquo protelare, revocamus cassamus irritamus ac etiam annullamus, et pro revocatis cassis irritis atque nullis penitus haberi volumus et jubemus, ac si de eisdem de verbo ad verbum fieret in hujusmodi nostra provisione mentio specialis.

Mandantes cum presenti gubernatori nostro generali ejusque vices gerentibus ac aliis universis et singulis officialibus nostris necnon judicibus et commisariis quibuscunque tam in civitate seu regno Majoricarum ejusque vices gerentibus, ac aliis universis et singulis officialibus nostris necnon judicibus et commissariis quibuscunque tam in civitate seu regno Majoricarum quam alibi ubilibet presidentibus, presentibus et futuris, et dictorum officialium locatenentibus, quatenus hujusmodi provisionem et declarationem nostras ubilibet observando ac observari faciendo, contra eam non veniant seu aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

In cujus rei testimonium, presentem fieri nostroque pendenti sigillo jussimus communiri.

Data Dertuse XIII die Martii anno a Nativitate Domini M.CCC.LX. quinto, regnique nostri XXX.

Petrus Canc(ellarius).

En las Cortes de Tortosa de este año, cuyo texto ha publicado nuestra Academia (1), se descubre (2) la más importante ilustración de este privilegio. A las tres islas Baleares se aplica buena parte del elogio que mal restringió Zurita (3) á los catalanes, diciendo que éstos le sirvieron con diez y siete cuentos de moneda Barcelonesa por tiempo de dos años, y fué para en aquellos tiempos tan señalado servicio que con lo de Aragón y del reino de Valencia pudo sostener todo el peso de la guerra hasta cobrar todo lo que había perdido de sus reinos; que era tanto que, según él afirma en su historia, era más lo que estaba de ambos reinos en poder de los enemigos que todo el reino de Valencia».

81.

Barcelona, 10 Febrero 1367. Manda el Rey, so graves penas, al almotacén municipal de Palma que jure guardar á los judíos las franquicias y privilegios de la aljama, sin que pueda obstar la excusa que pretextaba de no estar comprendido entre los oficios de la Curia real el almotacenazgo.—Fol. 35 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., fideli nostro almutasafio civitatis Majoricarum presenti, et qui pro tempore in dicto preerit officio seu ejus locumtenenti, salutem et gratiam.

Humilem supplicationem, Nobis reverenter oblatam pro parte aljame judeorum ipsius civitatis, vidimus continentem quod, licet universi et singuli officiales nostri civitatis prefate in principio administrationis officiorum commissorum eisdem auctoritate no-

(1) *Cortes del Principado de Cataluña* por la Real Academia de la Historia, tomo II, páginas 230-332. Madrid, 1899.

(2) Páginas 263, 272, 273, 284, 293-300. Véase también el tomo III, pág. 423. Madrid, 1900.

(3) *Anales*, libro IX, cap. 60.

stra, antequam dictis utantur officiis, jurare teneantur, et jurent tenere et inviolabiliter observare ipsis aljame et ejus singularibus quecunque privilegia gratias concessiones ac libertates per Nos vel nostros predecessores eidem indultas; attamen vos de tenendo et observando dicta privilegia gratias concessiones et libertates eorumdem juramentum prestare aut facere renuitis, pretendendo ut dicitur ad ipsius juramenti prestationem vos minime teneri vel esse adscriptum, eo signanter quare pretenditis vos non fore officialem regium, nec sub regiorum officialium nomine fore comprehensum; quod in dicte aljame et ejus singularium prejudicium et gravamen noscitur redundare.

Idcirco, supplicato Nobis super hiis debite provideri, vobis dicimus et mandamus expresse pro prima et secunda jussionibus et sub pena quingentorum aureorum de bonis vestris nostro erario applicandorum quotiens secus feceritis, quatenus, si pro parte dicte aljame monitus fueritis seu requisitus anno quolibet in principio vestre administrationis, incontinenti cum assumptus fueritis ad dictum officium exercendum, juretis et jurare teneamini tenere et inviolabiliter observare tenerique et observari facere prefate aljame et singularibus suis presentibus et futuris universa et singula privilegia et quascunque gratias libertates et inmunitates vel concessiones, quas ipsi aljame et singularibus ejus concessimus aut de cetero concedemus, juxta ipsarum seriem et tenorem, prout per dictos alios officiales nostros hoc fieri est assuetum.

Mandantes per eamdem gubernatori civitatis regni Majoricarum, presenti et futuro, ejusque vices gerenti quod vos ad prestandum juramentum prefatum et observandum predicta per exactionem dicte pene et aliis juris remediis opportunis compellat fortiter et distringat, quotiens inde fuerit requisitus; cum predicta de certa scientia pro reparatione et conservatione jurium aljame prefate et ejus singularium, immo verius regaliarum nostrarum, sic fieri providerimus et velimus, usu contrario inde sequuto nullatenus obsistente.

In cujus rei testimonium presentem vobis fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam.

Data Barchinone, decima die Februarii anno a Nativitate Do-

mini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, regnique nostri tricesimo secundo.

Bernardus de Palou.

Cerraba entonces (7 Febrero) D. Enrique de Trastamara las Cortes de Burgos; mas pronto osciló y cayó por primera vez su corona con el advenimiento de las huestes del Príncipe Negro, en las cuales militaba Jaime IV, marido de la reina Juana de Nápoles y pretendiente al trono de Mallorca.

82.

Barcelona, 22 Mayo 1368. Manda el Rey que se guarde el privilegio 79 (23 Julio 1363) de exención del pago de la sexagésima y que se repriman los infractores ó cobradores á nombre del Concejo, que no consentían el recurso de alzada sobre este punto por parte de los judíos.—Fol. 13 v.

Petrus, Dei gratia sex Aragonum etc., nobili dilectis et fidelibus nostris, gerentivices gubernatoris regni Majoricarum ceterisque officialibus ipsius regni, vel eorum locatenentibus, salutem et dilectionem.

Pro parte secretariorum aljame judeorum civitatis Majoricarum fuit Nobis expositum reverenter quod, licet dicta aljama ex concessione nostra ei facta cum littera nostra, data Barchinone [vicesima] tertia die Julii anno [a Nativitate] Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, sit francha quita et exempta a solutione impositionis quatuor denariorum pro libra de hiis que dicti secretarii nomine dicte aljame vendunt vel baratant pro solvendis subsidiis et donis que dicti secretarii faciunt Nobis vel de eis que exinde redimunt, prout in dicta littera hec et alia dicuntur latius contineri; tamen executores qui nunc sunt *domus jurarie* dicte civitatis, non obstante quod de consimili actu secretarii a Johanne de Portello precessore ipsorum in dicto officio declarationem obtinuerunt seu sententiam, nituntur compellere et de facto compellunt dictos secretarios ad solvendum de predictis predictam impositionem, scilicet quatuor denarios pro libra de hiis que vendunt seu baratant aut redimunt ut prefertur, nec obstante etiam quod dicti secretarii de hiis ad Nos appellaverunt, quam quidem

appellationem dicti executores renuunt admittire, ut dicitur, pretendentes nullum posse appellare ab eorum examine; quod in lesionem dicte concessionis et usus inde sequuti ac in ipsius aljame prejudicium, ut pretenditur, cernitur redundare.

Supplicato itaque Nobis super predictis provideri de remedio opportuno, vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus expresse quatenus, constito vobis de dicta concessione et usu insequuto, dictam concessionem dicte aljame conservari et teneri per quospiam faciatis, quodque dictos secretarios contra mentem ipsius concessionis ad solvendum de premissis dictam impositionem per dictos executores aut per alios compelli nullatenus permittatis; et quidquid incontra (1) tenorem dicte concessionis per dictos executores aut per alios adversus dictam aljamam fuerit processum, id ad statum debitum et primevum reduci protinus faciatis; et caveatis ne decetero dictam aljamam aut ejus singulares contra eorum privilegia, per predecessores nostros et per Nos eidem aljame indulta, seu etiam indulgenda, aggravari molestari et inquietari nullatenus permittatis; taliter, ne ipsos supplicantes pro predictis decetero videamus querelantes; quod si fieret, id adveniret Nobis valde molestum.

Data Barchinone die XXII Madii anno a Nativitate Domini millesimo CCC.LX.VIII.

83.

Barcelona 22 Agosto 1368. En la parte que se refiere al bautismo de los sarracenos cautivos de los judíos, es confirmado el documento 8 (21 Julio 1269) y corroborado el 54 (3 Enero 1344).—Fol. 74 v.-75 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilectis et fidelibus nostris Olfo de Proxida, militi et consiliario nostro gerentique vices gubernatoris generalis in regno Majoricarum, necnon vicariis et bajulis qui in dicto regno sunt vel pro tempore fuerint aut locatenentibus eorumdem, ad quos presentes pervenerint, salutem et dilectionem.

Viso quodam translato, sumpto fideliter a parte cujusdam pri-

(1) Sic.

vilegii, aljame judeorum Majoricarum concessi per serenissimum dominum Jacobum Dei gratia, recolende memorie, regem Aragonum Majoricarum et Valencie etc., sigillo pendenti ejusdem domini Regis sigillati, cujus quidem partis ipsius privilegii tenor dinoscitur esse talis: «Item concedimus vobis et statuimus firmiter ac mandamus quod si aliquis sarracenus vel sarracena captivus vel captiva alicujus judei vel judee aljame predicte, presentis scilicet et futuri, ecclesiam quamlibet intraverit in civitate et insula Majoricarum, causa baptizandi se, idem sarracenus vel sarracena non baptizetur donec in ipsa ecclesia continue steterit et moram sive residentiam ibidem fecerit personalem per tempus sive dies in jure positos et statutos; et cum idem sarracenus vel sarracena fuerint baptizati, remaneant et sint nostri et nostrorum, sicut erant judei vel judee cujus erant captivi»;

Viso nec minus et plenarie recognito quodam alio translato, fideliter sumpto a quadam carta regia in pergameneo scripta, cujus translati series in omnibus sic se habet: «Hoc est translatum (1) sumtum a quadam carta regia, in pergameneo scripta, sigillo domini nostri Aragonum regis cere rubee appendicio cum vetis de cirico croceo et rubeo munita et corroborata...»;

Visaque et prospecta humili supplicatione, pro parte aljame judeorum Majoricarum predicte Nobis propterea exhibita reverenter, quod predictum privilegium et dictam confirmationem nostram eidem aljame et ejus singularibus juxta ipsorum tenorem de nostra solita clementia observari facere dignaremur; pensantes insuper, quod frustra concederentur privilegia nisi per concedentes mandarentur efficaciter observari:

Idcirco vobis et cuilibet vestrum dicimus et precipiendo mandamus de certa scientia et expresse quatenus predictum privilegium et contenta in eo et dictam confirmationem nostram teneatis et observetis et ab omnibus faciatis inviolabiliter observari juxta eorum pleniorem seriem et tenorem, et prout eis hucusque extitit usitatum; si causa tamen non evenerit, de qua vocatis et plene auditis qui fuerint evocandi, scilicet procuratore nostro fis-

(1) Hizo este traslado auténtico del documento 54 el notario Berenguer de Estany en Palma de Mallorca á 26 de Noviembre de 1349.

cali in quantum predictam (causam) interesse nostrum concernere dinoscatur et parte dictorum judeornm pro interesse ipsorum, contrarium contentorum in dictis privilegii et confirmatione fuerit judicialiter consequutum; scituri quod si per vos secus fieret, quod nullatenus opinamur, illud merito imputabitur culpe vestre, et id de bonis vestris faceremus integriter resarciri.

Datum Barchinone, vicesima secunda die mensis Augusti anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo.

Visa R.°

84.

Barcelona, 14 Febrero 1369. Manda guardar el privilegio 68 (10 Mayo 1359) concerniente á los deudores de los judíos sobre el daño, expensas, interés y plazo de los préstamos.—Fol. 73 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., nobili et dilectis ac fidelibus gerentivices gubernatoris Majoricarum ceterisque officialibus nostris civitatis et regni Majoricarum presentibus et futuris, vel eorum locatenentibus et assessoribus eorumdem, salutem et dilectionem.

Recolimus vobis, dictis officialibus nostris, scripsisse per litteram nostram tenoris sequentis: «Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., nobili et dilectis reformatori et gubernatori regni Majoricarum...»

Et, ut pro parte judeorum predictorum est nobis reverenter expositum, vos dicti officiales seu assessores, favendo aliquibus christianis debitoribus, judeorum ipsorum eosdem debitores cogere cum effectu non vultis ad exsolvendum dictis judeis dampna expensas et interesse predicta in eorum judeorum evidens nocumentum. Quapropter, supplicato Nobis super hiis de congruo justicie remedio provideri, vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus expresse sub pena centum morabatinorum auri, habenda a quolibet vestrum totiens quotiens contra feceritis, quatenus preinsertum nostrum mandatum inviolabiliter observetis, taxando, totiens quotiens inde requisiti fueritis, dampna expensas et interesse predicta, quacunque provisione facta in contrarium non obstante; quod nisi feceritis, mandamus hujus serie procu-

ratori nostro regio Majoricarum firmiter et expresse ut dictam penam, quotiens eam incurreritis, a vobis ac bonis vestris exigat atque levet.

Data Barchinone, quartadecima die Februarii anno a Nativitate Domini millesimo ccc sexagesimo nono.

P. Cancellarius.

Con la trágica muerte del rey D. Pedro el Cruel (23 de Marzo de 1369), no se despejó enteramente la faz política de las Baleares. Enrique II no quiso entregar en manos del Rey de Aragón á Jaime IV de Mallorca, á quien había cogido prisionero; antes bien, lo dejó ir libre, aceptando la enorme suma que le ofreció la reina de Nápoles por el rescate de su marido. Ardió de nuevo la guerra entre Castilla y Aragón, y para sostenerla, ó en previsión de ella, D. Pedro IV no podía menos de atender y favorecer á los qué llamaba (doc. **80**) tesoro peculiar de la regia cámara.

85.

Valencia, 27 Julio 1369. Ordena que los judíos mallorquines puedan tener esclavos turcos ó tártaros, pero impone la condición de que sean del Rey estos esclavos si se convirtieren al judaismo.—Fol. 70 v.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc.

Non obstante quacunque provisione seu ordinatione per Nos facta ne aliqui judei emere seu tenere possint servos aut servos tartaros seu turcos, cujus ordinationis (1) fuit potior causa ne ipsi servi aut serve et specialiter tartari qui ad suscipiendam quamvis legem, cum sine lege vivant, facilius inclinantur ad inductionem ipsorum judeorum [ut] legem assumant judaicam, volumus de certa scientia, vobisque quibuscunque judeis aljame judeorum Majoricarum concedimus hujus serie, ut possitis licite et absque metu cujuslibet pene emere et tenere et etiam, si et cum vobis visum fuerit, vendere quoscunque servos aut servas tartaros et turcos. Hac tamen moderatione presentem vobis

(1) Quizás con ocasión de las causas, expresadas por el decreto episcopal (8 Septiembre 1369) que insertamos al pie de este documento.

facimus concessionem ut, si ipsi servi vel serve ad dictam legem vestram se transferant, nostro sint erario confiscati, quia ob hoc auferetur vobis materia in ipsos servos vel servas ad dictam legem assumendam judaicam inducatis.

Mandamus itaque hujus serie gerenti vices gubernatoris Majoricarum ceterisque officialibus et subditis nostris ut concessionem nostram hujusmodi vobis teneant firmiter et observent, et contra non veniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus, nostro pendenti sigillo munitam.

Data Valentie XXVII.ª die Julii, anno a Nativitate Domini millesimo CCC.LX. nono, regnique nostri tricesimo quarto.

Ro. Nepot.

En 1367, á 8 de Septiembre, D. Antonio de Galiana, obispo de Mallorca, había expedido el siguiente decreto (1):

«Antonius, Dei et Apostolice Sedis gratia episcopus Majoricensis.

Cum ad nostram accessisset presentiam Johannes... lacrimabiliter exponendo quod, cum ipse sit Armenus et catholicus et fuerit venditus tamquam *Tartarus*, et in captivitate detineatur, ex officio nostro deberemus super premissis inquirere et de captivitate liberare; unde nos, attentia pia ejus supplicatione predicta, inmediate inquisivimus cum eodem de fide catholica, et invenimus eum bene instructum et fidelem in illa. Propter quod declaravimus et declaramus ipsum esse fidelem et catholicum christianum, nec posse in captivitate ab aliquo detineri. In quorum testimonium, etc.»

86.

Barcelona, 25 Septiembre 1370. Manda el Rey á las autoridades de Palma que acudan con mano fuerte y pregones públicos á la restitución del orden turbado por las calumnias echadas á volar contra los judíos y singularmente por aquellos que les estaban obligados con deudas. No pocos individuos de la aljama habían sido robados y heridos por la plebe

(1) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XXII, páginas 5 y 6. Madrid, 1852.

soliviantada, y otros puestos en la cárcel por mandato de los que más habían de velar en su defensa. Para que no creciese el encono de las turbas como era de temer, y no se mancillase el honor del amparo que daba el monarca á vasallos tan inofensivos, quiere que del raudal de su justicia se apague con toda brevedad y eficacia tamaño incendio.—Fol. 76.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., nobili et dilecto consiliario nostro Olfo de Proxida militi, gerenti vices gubernatoris in regno Majoricarum, ceterisque officialibus nostris, juratis et probis hominibus civitatis et regni predicti, salutem et dilectionem.

Clamosis vocibus, nostris auribus noviter est deductum quod non nulli christiani civitatis et regni Majoricarum, partis quorum ut fertur sunt creditores judei aljame dicte civitatis et ejus collecte, livoris aculeo concitati, detrahentes eisdem ut ipsos possent subvertere de statu prospero in adversum, imposuerunt dictis judeis quedam nefanda crimina et delicta, ob que plures ex ipsis, quamvis de dictis criminibus ut dicitur ignari fuerint, [fuerunt] diu fatigabiliter in posse vestri, dictorum officialium, carcerali custodia mancipati, aliique indifferenter dilapidationibus et percussionibus afflicti, non attento quod judei sub nostro existant guidatico, custodia et comanda; saneque verisimiliter hesitatur quod illorum malitia infrenata alios inficiat et morbum pariat graviorem, nisi per nostre provisionis opportune remedium compescatur.

Nos igitur, volentes super hiis tales provisiones facere quod ignis iste ex nostre justitie rivulo extinguatur, vobis et vestrum singulis dicimus et mandamus sub ire et indignationis nostre incursu quatenus, habendo aljamam predictam et ejus singulares specialiter recomendatos, faciatis in dicta civitate solemniter publicari quod nullus cujuscunque existat conditionis, audeant vel presumant judeos dicte aljame et ipsius singulares et collecte, sub nostras ut predicitur existentes speciali protectione, offendere, dilapidare, nec alias in eorum personis vel bonis malum vel dampnum aliquod inferre sub incursu pene in carta dicte protectionis per Nos ipsos concesse, apposite et adjecte. Et quos contra facere repereritis ita rigide castigetis quod ipsi culpam suam defleant; et alii, eorum exemplo perterriti, amodo talia

committere non attemptent; super hiis vos taliter habendo quod dicti judei ab omnium gravaminum illationibus preserventur.

Data Barchinone, xxv die Septembris anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo.

Visa Rod.u

Con estos alborotos se relaciona el de Perpiñán (lunes, 29 Julio 1370), de cuyo *Libre vert* M. Pierre Vidal extractó la nota siguiente (1): IIII kalendas Augusti, hac die, tunc anno M.CCC.LXX.° fuit rumor contra Judeos Perpiniani. Bueno será recordar á este propósito las predicaciones virulentas de Fray Bonanato, obispo auxiliar de Mallorca, que apuntó Villanueva (2).

87.

Barcelona, 29 Septiembre 1370. Manda el Rey que los traslados de los privilegios otorgados á los judíos que fuereu en debida forma corroborados por las firmas de tres notarios, hagan ante su Lugarteniente en Mallorca la misma fe que los originales.—Fol. 76 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., nobili et dilecto consiliario nostro Olfo de Proxida militi, gerenti vices gubernatoris in regno Majoricarum, ceterisque officialibus nostris in dicto regno, ad quos presentes pervenerint, salutem et gratiam.

Exponentibus Nobis secretariis aljame judeorum Majoricarum, percepimus quod, quando contingit ipsos vel ipsius singulares propter occurentia eisdem negotia coram Nobis facere promptam fidem de privilegiis, immunitatibus, libertatibus per Nos aut nostros predecessores eis quomodolibet indultis per translata auctentica sumpta a dictis privilegiis, libertatibus et provisionibus, vos ad instantiam quorumdam, *qui* ut fertur *dictos judeos habent odio* ut eos fatigent, predictis transumptis, licet, sint autentica et manu trium publicorum notariorum subsignata ut est assuetum, fieri recursastis et recusatis ut dicitur fidem credulam adhibere.

---

(1) *Revue des Etudes juives*, tomo xv, pág. 54. París, 1887

(2) *Viaje literario*, tomo xxii, pág. 8.

Quare, supplicato Nobis humiliter super hiis debite provideri, vobis dicimus et mandamus sub pena mille morabatinorum auri, nostro si contra feceritis erario irremisibiliter applicandorum quatenus, quotiens pro parte dictorum judeorum dicta translata autentica et subsignata manu trium publicorum notariorum per dictos judeos offerentur, impendatis eis plenam fidem, ac si essent coram vobis ipsorum originalia exhibita.

Data Barchinone, xxix die Septembris anno a Nativitate Domini M.CCC. septuagesimo.

Visa Ro.u

88.

Barcelona, 23 de Junio de 1372. Carta del Rey á su repostero mayor Jaime de Márgens, el cual había extremado su comisión de intendente real en Mallorca hasta el punto de prender á los secretarios de la aljama y á otros judíos, exigiéndoles fianzas y prendas, tomándoles, examinando y extractando los libros de cuentas de los secretarios anteriores. Le manda sobreseer en todo hasta nueva orden, soltar los presos, devolver al archivo de la sinagoga los libros y poner su sello en la caja ó armario donde estos códices se guardaban.—Fol. 71.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., fideli emptori majori domus nostre, Jacobo de Marginibus, commissario per Nos ad certa negotia deputato in civitate et insula Majoricarum, salutem et gratiam.

Audivimus quod vos, vigore commissionum per Nos vobis factarum in partibus supradictis, cepistis secretarios presentes et quosdam alios judeos aljame judeorum civitatis preface, et denuo sub certis manuleutis tradidistis eosdem; quodque recepistis ab eis certos libros administrationum secretariorum preteritorum aljame ipsius, et inde certa transsumpta fecistis fieri, sicut fertur. Et quia ex certis causis in predictis omnibus, in quantum dictam aljamam et ejus singulares ac bona tangunt, omnino supersederi volumus, vobis dicimus et mandamus de certa scientia et expresse quatenus dictos judeos, si capti sunt, ex captionibus quibus detinentur visa presenti deliberetis; et eos absolvatis a fidejussionibus et manuleutis sub quibus ipsos tradidistis et hodie sunt, ipsasque manuleutas mandetis et faciatis protinus cancellari, sicut Nos

manuleutas et fidejussiones easdem cum presenti absolvimus et eas cancellari mandamus et haberi pro irritis atque nullis; dictosque libros per vos et de vestro mandato ab ipsis secretariis vel eorum aliquibus receptos, et transsumpta per vos inde facta, portari faciatis ad communem sinagogam ipsius aljame et immitti intus aliquam *caxiam* inibi existentem, quam claudi volumus, et super ipsius clausura vestrum sigillum apponi; et alias, in omnibus et singulis processibus et enantamentis contra ipsos ac eorum bona per vos vel ad vestri mandatum factis et deinceps qualitercunque faciendis supersedeatis omnino, donec a Nobis super eo aliud habueritis in mandatis. Et hoc, quod per omnino compleri volumus, nullatenus differatis.

Data Barchinone, vicesima tertia die Junii anno a Nativitate Domini M.CCC.LXX secundo.

Rex Petrus.

Dos días después abrió el Rey Cortes en Barcelona, que había convocado hallándose en esta ciudad á 25 de Mayo, y permaneció en ella largo tiempo para entender con más facilidad en resguardar para su Corona la isla de Cerdeña y oponerse á los aprestos que estaba haciendo el pretendiente á la de Mallorca, Jaime IV, para entrar en los condados de Rosellón y Cerdaña y recobrar á viva fuerza los dominios de que había sido desposeído su padre Jaime III. Así, cada privilegio, librado en favor de los hebreos mallorquines en esta sección segunda, suele relacionarse con algún momento culminante ó notable en las miras políticas del rey D. Pedro IV.

89.

Barcelona, 12 Enero 1373. Concede el rey que en caso de suscitarse cuestiones entre el Ayuntamiento y la Aljama sobre impuestos exigidos por los arrendadores ó cobradores de aquel, no se acuda por aquella, ni por sus individuos en recurso de apelación al almotacén, sino al gobernador de Mallorca ó á su Lugarteniente; el cual haya de conocer y sentenciar sumariamente y de plano el litigio ocurrente.—Fol. 79.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc.

Tenore presentis concedimus vobis secretariis, universis et singulis aljame judeorum civitatis Majoricarum ut si forsan conti-

gerit executores impositionum et sisarum impositarum in civitate Majoricarum vel inantea imponendarum, et ordinatos ad decidendum dubia questiones et lites ratione dictarum impositionum et sisarum motarum vel movendarum ferre et facere aliquas declarationes super factis dictarum impositionum et sisarum tangentibus vos vel aliquem seu aliquos ex vobis vel alium seu alios de dicta aljama, vobis vel ipsis aut alicui seu aliquibus ex vobis seu ipsis prejudicantes et prejudicium inferentes, aut executiones aliquas facere propterea indebite et injuste, a dictis ferendis declarationibus et dictis exactionibus faciendis appellare et appellationes vestras et eorum emittere valeatis et valeant supradicti ad gubernatorem Majoricarum vel suum locumtenentem. Qui siquidem gubernator ex suo officio de dictis emittendis appellationibus et de meritis eorum, velut juris fuerit, cognoscere teneatur, vocatis qui fuerint evocandi; et hujusmodi emissiones appellationum faciatis et facere possitis modo et forma quibus facere consuevistis a factis questionibus et litigiis, que ducuntur coram *mostasafium* dicte civitatis tangentibus vos aut dictos alios, vel aliquem seu aliquos ex vobis seu ipsis.

Mandantes per eamdem prefatis executoribus et aliis, ad quos hoc pertinere noscatur, ut appellationes easdem admittere teneantur, ut admittuntur per dictum *mostasafium* de factis et negotiis que ducuntur coram ipso et vos aut predictos tangentibus ut prefertur; et dicto gubernatori ut de eisdem appellationibus et de meritis earumdem ut celeris justitia prout expedit subsequatur; et [ut] facta prefatarum impositionum, ut decet, hac occasione non retardentur, sine scriptis cognoscat et brevem expeditam ac summariam justitiam ministrare procuret, vocatis partibus evocandis et prout de jure fuerit faciendum; et alias provideat taliter super eo, ne dictos judeos vel ipsorum aliquos, vel pro eis ipsam aljamam videamus, injuste [a vobis exagitatos] coram Nobis propterea querelantes.

In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo munitam.

Data Barchinone, XII die Januarii anno a Nativitate Domini millesimo CCC.LXX. tertio.

Visa Ro.

No solamente los concejales del Municipio y los oficiales de la Curia regia se mostraban en Mallorca aviesos á los judíos, sino también muchos párrocos, que con sobrada facilidad admitían al bautismo los que decían quererse convertir á la fe católica. Por esta razón el obispo D. Antonio Galiano, en 1.° de Junio de 1373, á petición de la aljama, dió el decreto cuyo texto relegamos al pie del documento **96**.

90.

Barcelona, 11 Enero 1374. Confirmación del documento **38** (5 Noviembre 1325) sobre el derecho de ciudadanía otorgado á los judíos mallorquines.—Fol. 80.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc. nobili et dilecto consiliario nostro Olfo de Proxida militi gerenti vices gubernatoris in regno Majoricarum ceterisque et singulis officialibus nostri dicti regni presentibus et futuris vel eorum locatenentibus, ad quos presentes pervenerint, salutem et dilectionem.

In nostra constitutus presentia Salomon Sussen judeus, nuncius aljame judeorum dicti regni, humiliter supplicavit ut dicte aljame et ejus singularibus servari facere mandaremus privilegium continentie subsequentis: «Philippus de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurarius, tutor et patruus domini Jacobi, Dei gratia regis Majoricarum...»

Cui supplicationi, veluti rationi consone, annuentes benigne, volumus vobisque mandamus expresse ac de certa scientia quatenus preinsertum privilegium dicte aljame et ejus singularibus teneatis et observetis, tenerique et observari inviolabiliter faciatis juxta ipsius seriem pleniorem, volentes ulterius quod judei dicte aljame et ejus collecte possint petere exigere et habere ipsorum debita sic et prout petunt christiani insule supradicte.

Data Barchinone undecima die Januarii anno a Nativitate Domini millesimo ccc. septuagesimo quarto.

Visa R.°

Con este documento se enlaza otro que le precedió de dos meses y del que hizo mérito M. Morel Fatio (1):

(1) *Revue des Etudes juives*, tomo IV, pág. 37.

«Ann. 1373 (13 novembre).—Annullation par le gouverneur de Majorque, Olfo de Proxida, d'une décision du *baile* de Soller, suivant laquelle aucun boucher, ni autre personne ne pourra vendre de la viande cacher *(carns caxerns)* dans la boucherie publique, contrairement aux privilèges des rois Jacme et Pierre d'Aragon, qui autorisaient les Juifs à abatre dex animaux et à vendre leurs viandes dans les boucheries des chrétiens.

(Publ. par Rullan, *Historia de Soller*, t. I, p. 37, note 2.)»

Hemos indicado en los documentos **10** y **54** del códice Pueyo, al tenor de estos privilegios de D. Jaime I (25 Agosto 1273) y don Pedro IV de Aragón (3 Enero 1344) á los que se refería la sentencia del vicegobernador D. Olfo de Próxida, anulando la del baile de Soller. Compárese á este propósito el documento **55** (5 Marzo 1344).

Sobre el rito hebreo de la carne *caxer* (כשר), véase lo dicho en el tomo XXII del BOLETÍN, páginas 183-185.

91.

Barcelona, 24 Enero 1374. Modificación que introdujo el rey D. Pedro IV en el régimen interior de la aljama de Mallorca. Dispuso que á los cuatro secretarios y á su consejo de treinta personas, nombradas por libre elección, se agregasen otras que recomendase el ser ancianos y mayores contribuyentes.—Fol. 99.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc.

Quia datum est Nobis intelligi quod cum secretariis aljame judeorum Majoricarum simul cum triginta judeis ejusdem, qui *consiliarii* vocantur, contingat quod sepe in sua sinagoga consilium celebrare vel alio loco ubi dictum consilium est consilium celebrari, aliqui singulares dicti consilii, pauci in numero, infra se (1) *manipolium* (2) sive *ligam* contractantes, dictum consilium et in eodem ordinata seu decreta pervertere et deviare moliuntur in non modicum Nostri et negotiorum nostrorum et ipsius aljame et ejus singularium dampnum pariter et jacturam:

(1) En su casa ó en lugar privado.
(2) Monipodio.

Volentes super hiis, igitur, de remedio justitie providere, tenore presentis volumus et ordinamus ac etiam providemus, dicteque aljame et singularibus ejusdem concedimus quod judei antiqui ejusdem probi et majores peytantes, sive contribuentes in peita dicte aljame, regant amodo dictam aljamam, ceterique judei ipsius aljame singulares predictorum judeorum regimini habeant esse subjecti, et quidquid *per eosdem et majorem partem dictorum triginta judeorum consiliariorum, vel eorum qui in dicto tunc aderunt consilio*, decretum in eodem consilio fuerit seu determinatum, illud inviolabiliter observari volumus et jubemus.

Mandantes, ex certa nostra scientia, hujusmodi serie gerenti vices gubernatoris in dicto nostro regno Majoricarum vel ejus locumtenenti quod hujusmodi nostram ordinationem et provisionem ratam et firmam habeat et observari faciat et in aliquo non contraveniat nec aliquem contravenire permittat aliqua ratione; quod dictos judeos, dictum consilium et decreta in eodem per modum predictum perturbantes, penis legitimis puniat taliter quod inde penam sentiant quam merentur, [eademque] aliis transeat in exemplum.

In cujus rei testimonium hanc fieri jussimus nostro sigillo munitam.

Data Barchinone, XXIIII die Januarii anno a Nativitate Domini MCCC septuagesimo quarto.

Visa R.°

No pararon aquí las modificaciones que en adelante ocurrieron al gobierno interior de la aljama. Véase el documento **106** (15 Diciembre 1380).

92.

Valencia, 1.° de Agosto de 1374. El príncipe D. Juan al Ayuntamiento de Palma, encargándole vivamente el amparo y defensa de los judíos, que temían ser atropellados de la plebe hambrienta y alborotada por la carestía de pan.—Fol. 71 v.

Infant En Joan, del molt alt senyor Rey primogenit, en tots sos regnes e terras general Lochtinent, als amats e faels nostres los jurats e prohomens de la ciutat de Mallorques salut et dileccio.

Per part de la aljama dels juheus del dit regne es a Nos humilment intimat que per tal com en la dita ciutat ha fretura de pa, e ells dupten que per alscuns sian avoletats e dapnificats; on con be sapiats que los juheus de la senyoria del dit senyor Rey e nostra sien dits propies regalies del dit senyor Rey e nostres, e dejen per los officials e sotsmeses seus e nostras esser de tota oppresio e dapnatge preservats e en lur justicia favorejats; per so, volem e a vos manam e pregam que, la dita aljama e singulars daquella havent per recomanats, no jaquiscats aquells en persones ni en bens dapnificar ne inquietar, ans los preservets de tota molestacio segons ques cove; los quals juheus a vos propriament comanam, e de las viandes que en lo dit regne sien a ells per lur provisio fassats per lurs diners liurar, segons que be ses acustumat de fer tro assi.

Data Valencie primer día dagost de lany de la Nativitat de nostre Senyor M.CCC.LXX, quarto.

B. Cans.

93.

Barcelona, 22 de Agosto 1374. Carta del Rey sobre el mismo asunto al Ayuntamiento de Palma, alabando la entereza que esta Corporación demostró impidiendo que fuesen agraviados y desterrados los judíos que habían pagado su contingente para remedio de la carestía, obtenido con las galeras cargadas de trigo que salieron de Barcelona y las que se aparejaban en Mallorca para traerlo de diversos parajes.—Fol 70.

Lo Rey als amats nostres los jurats e prohomens de Mallorques.

Segons de cert havem sabut, molts christians de aqueixa ciutat han comensat e quaix continuen vituperar envilogar e, so que es pijor, avolotar los juheus de la dita ciutat, e no res menys dien e tracten que par raho de la gran fretura e minua que y ha de gra sien gitats de aquella. E pensam que alcunes de les dites coses feren ja fetes en los dits juheus sino fos stat per les savies provisions que sobre aço son stades fetes per lo Governador e vosaltres, e per les grans maneres que ell e vos hi havets tengudes, les quals havem haudes per bones e agredables. Ara, segons que los dits juheus nos han significat, ells per haver del dit gra

han fetes les provisions que han pogut e vosaltres havets tengudes per bones, so es que en les naus, que hi son stades trameses daqui, han mes de asso del lur, e en les galeas que per asso fets armar han pagat tot so quels hi pertanyia. E que are com han fet asso fossen gitats de la dita ciutat, seria cosa desconvinent et desrahonable; la qual Nos per res no consentiriem ni devem consentir; car, axi be com sabets, los dits juheus son tresor e cosa nostra propria, e stan en fe e proteccio e guardia nostra, per que nols devem jaquir encorrer en perir, ne devem consentir que per aytal manera fossen dapnificats ne scandalitzats.

Per que, us pregam e us dehim e us manam de certa sciencia e expressament e sots incorriment de la nostra ira e indignacio que continuant la bona obra, que en asso havets feta, ensemps ab lo dit governador al qual dasso scrivim, provehiscats que los dits juheus o alcuns dells per los dits christians no sien agreujats ne gitats de la dita illa, ans continuantles dites vostres e savies provisions fortifiquets aquells en tot so que porets; car Nos vos comanam aquells axi com a cosa nostra propia, e volem e entenem que en lo guardarlos e defendrer entenats e vellets e provehiscats per tal forma quen sien preservats dels perills dessus dits; e sera cosa de quens servirets, e lo contrari nos desplauria molt.

Dada en Barchinona a XXII dies del mes d'Agost, lany de la Nativitat de nostre senyor M.CCC.LXX. quatre.

Rex Petrus.

94.

Barcelona, 22 de Agosto de 1374. Al Gobernador del reino de Mallorca sobre el mismo asunto.—Fol. 71 v., 72 r.

Lo Rey al noble e amat conseller nostre, Mossen Olfo de Proxida governador del regna de Mallorques.

Segons que havem sabut, molts christians de la ciutat de Mallorques han comensat e quaix continuen vituperar envilanir e, so que es pijor, avolotar los juheus de la dita ciutat; e no res menys dien e tracten que per raho de la gran fretura e minua que hi a de gra siens gitats de la dita ciutat. E pensam que alcunes de les

dites coses foren ja fetes en los dits juheus, sino fos estat per les savies provisions que sobre asso havets fetes e les grans maneres que hi havets tengudes, les quals havem haudes per bones e agradables. Are, segons que los dits juheus nos han significat, ells per haver del dit gra, lo qual han mester, han fetes les provisions que han volgudes los jurats e prohomens de Mallorques, so es, que en les naus que hi son stades trameses han mes be dasso del llur, e en les galees que per asso sarmen en Mallorcas han pagat tot so quels hi pertanyia. E que are, com han fet asso, fossen gitats de la dita ciutat, seria cosa desconvinent e desrahonable; la qual Nos per res no consentiriem, ne devem res consentir; car, axi com sabets, los dits juheus son *tresor e cosa nostra propria*, e stan en fe proteccio e guarda nostra per que nols devem jaquir encorrer en perir, ne devem consentir que per aytal manera fossen dapnificats ne scandalizats.

Per que, us pregam e us dehim e manam de certa sciencia e spressament e sots encorriment de la nostra hira e indignacio que, continuant la bona obra que en asso havets feta, provehiscats que los dits juheus o alcuns dells per los dits christians no sien agreujats ne gitats de la illa, ans continuant les dites vostres bones e savies provisions fortifiquets aquells en tot so que porets; car Nos vos comanam aquells axi com a cosa nostra propria, e volem e entenem que en be guardarlos e defendre entenats e vellets e provehiscats per tal forma que sien preservats dels perills dessusdits. E sera cosa de quens servirets, e lo contrari nos desplauria molt.

Dat en Barchinona, a xx dies d' Agost, lany de la Nativitat de nostro Senyor mill ccc. LXX. quatre.

Rex Petrus.

Esta situación fué mucho más grave que la del año 1370, complicada con los primeros aprestos de Jaime IV para invadir el condado de Rosellón y con el motín de que fueron víctimas los judíos de Perpiñán (1). Mas ahora en 1374, desde el comienzo del mes de Agosto el Infante de Mallorca, apoyado por D. Enrique II,

(1) Documento 86.

teniendo en poco el enseñorearse del Rosellón rompía las hostilidades por Aragón y por Cataluña. Sus partidarios no debían por cierto estarse las manos quedas en la gran Balear. Una terrible conjuración se armó, cuyo desenlace dejó apuntado el analista Salzet (1) sobre el día 7 de Octubre:

«Die sabbati VII mensis Octobris anno a Nativitate Domini M. CCC. LXXIV, quatuordecim servi Sarraceni, et neophiti ac Tartari fuerunt suspensi per plateas civitatis ex eo quia voluerunt ignem ponere per diversa loca dicte civitatis et terram ac regnum Majoricarum sibi ipsis retinere ac regi sarracenorum tradere, Dominum Regem Aragonum inde penitus ab eodem removendo seu etiam exspoliando.»

Los Tártaros y Turcos, esclavos de los judíos mallorquines, que se convertían á la ley judaica, quedaban *ipso facto* esclavos del Rey (2), pero libres, así como los sarracenos, desde el momento que se hacían *neófitos* ó recibían el bautismo. En toda esta conjuración que refiere Salzet, nada nos parece inverosímil, si se toma como chispa frustrada del incendio, preparado ú ocasionado por los secuaces del Pretendiente.

95.

Lérida, 9 Junio 1375. En virtud del privilegio **54**, afianzado en el **5**, declarado por el **68** y confirmado por el **84**, da el Rey por nula en sí y en su alegato la sentencia del baile de Mallorca, que pretendía exceptuar de las prendas cuyo verdadero poseedor era incierto, las piezas de paño, fundándose en una ordenación del rey D. Jaime II de Mallorca, la cual no está registrada por nuestro códice.—Fol. 77.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilecto et fidelibus gubernatori ceterisque universis et singulis officialibus nostris civitatis et regni Majoricarum vel eorum locatenentibus, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint et ad quos presentes pervenerint, salutem et dilectionem.

Expositum fuit Nobis reverenter pro parte aljame judeorum ci-

(1) *Viaje literario*, tomo XXI, pág. 218.
(2) Documento **85**.

vitatis et regni Majoricarum quod, licet ex privilegio per Nos eis indulto pignora judeis dicte aljame tradita quamvis furtiva fuerint, dummodo jurent se ignorare illa furtiva esse, furemque seu latronem vel eum a quo ea receperunt non cognoscere, deliberare (1) non teneantur donec in capitali et lucro quantitatum super dictis pignoribus mutuatarum sit eis integre satisfactum. Attamen quia per Jacobum quondam regem Majoricarum fuerat ante ordinatum quod judei mutuantes eorum pecunias super pannis, seu *scapulonis* (2) pannorum aliarum personarum quam mutua recipientium, hujusmodi pecunias debeant amittere, et pannos et scapulonos predictos illis quorum sint restituere absque satisfactione aliqua dictarum quantitatum super eis mutuo traditarum, bajulus Majoricarum declaravit quod predicta ordinatio debet, jamdicto nostro non obstante privilegio, observari in dampnum maximum predictorum judeorum, qui propterea quamplures ex suis amittunt pecunias, ignorantes quorum sunt panni et scapoloni pannorum qui eis in pignore traduntur.

Quocirca supplicato Nobis humiliter super hiis debite provideri, quia ordinatio predicta per dictum nostrum privilegium, post ipsum factum, fuit et tacite revocata et debet rationabiliter revocari, nam alias judei predicti absque ulla eorum culpa pecunias suas amitterent, et eadem sit ratio in pannis et scapolonis predictis quemadmodum in aliis rebus dictis judeis pignori traditis, et per consequens idem debeat esse effectus; volumus vobisque et unicuique vestrum mandamus de certa scientia et expresse quatenus, constito vobis de dicto privilegio, servetis illud dictis judeis juxta sui seriem in pannis et scapolonis predictis, sicuti in aliis rebus, ipsis judeis pignori traditis, ut prefertur; declaratione predicta et quacumque confirmatione per gubernatorem Majoricarum de ea facta obsistentibus nullo modo.

Data Ilerde, nona die Junii anno a Nativitate Domini M. trecentesimo septuagesimo quinto.

Rex Petrus.

---

(1) Entregar (francés *délivrer*).

(2) Andrajos ó harapos, francés *chiffons;* de personas diversas de aquellas que recibieren prestado á logro ó usura.

96.

Lérida, 9 de Junio de 1375. En atención al privilegio 80 (13 Marzo 1365 ordena el Rey su observancia estricta, de suerte que por ninguna gracia posterior de remisión ó prórroga los deudores de los judíos puedan aprovecharse de ella.—Fol. 82 v.-84 r.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilecto et fidelibus gubernatori ceterisque universis et singulis officialibus, judicibus delegatis et subdelegatis, portariis et commissariis nostris civitatis et regni Majoricarum et aliis ad quos spectat, presentibus et futuris salutem et dilectionem.

Dudum aljame judeorum civitatis et regni predictorum et singularibus ejusdem declarationem et provisionem subscriptas fecimus cum carta continentie subsequentis: «Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc. Quia justa petentibus non est denegandus assensus...»

Et ex post, predictarum declarationis et provisionis immemores, diversis universitatibus et personis dicti regni diversa concessimus elongamenta, guidatica, provisiones et supersedimenta. Et inter alia concessimus cum littera nostra, data Barchinone XIIII die Junii anno proxime lapso (1) universitati parrochie de Silva (2) dicti regni, et singularibus ipsius universitatis, elongamentum ad tres annos de et super omnibus debitis que debeant christianis ac secretariis et judeis etiam privilegiatis; quorum quidem elongamentorum, guidaticorum, supersedimentorum et provisionum vigore, illi quibus concessa sunt se excusarunt et excusare nituntur, sicut pro parte dictorum judeorum noviter percepimus, a solutione debitorum que debent judeis ipsis, seu solutionem ipsam impedire et differre, in ipsorum judeorum dampnum intolerabile et jacturam.

Quamobrem, supplicato Nobis humiliter super hiis provider

---

(1) 14 de Junio de 1374.

(2) La villa de Selva confina con la de Inca su capital de partido. Sin duda la prórroga del pago de todas sus deudas por un trienio está relacionada con los documentos **92**, **93** y **94**.

dictis judeis de remedio congruenti, [quia] non fuit nec est intentio nostra, sicuti rationabiliter non debuit nec potuit, debita que debentur dictis judeis comprehendi in elongamentis, guidaticis, supersedimentis et provisionibus quibuslibet tam per Nos quam per serenissimum primogenitum et generalem locumtenentem nostrum concessis hucusque et de cetero concedendis quibuscumque necessitatibus sive causis, volumus vobisque et unicuique vestrum dicimus et mandamus de certa scientia et expresse, sub pena mille morabetinorum auri nostro applicandorum erario quotiens fuerit contra factum, quatenus declarationem et provisionem predictas firmiter observantes, universos et singulos debitores dictorum judeorun et cujuslibet eorum ad solvendum eis sua debita juxta formam obligationum, instrumentorum et *albaranorum* (1) inde factorum, juris remedio compellatis, non obstantibus dictis elongamentis, guidaticis, supersedimentis et provisionibus concessis et concedendis per Nos ac etiam per dictum primogenitum et generalem locumtenentem nostrum, ut predicitur, sub quaqunque forma et subtilitate verborum quorumcunque derogatoriorum et fortiorum, que hic pro appositis et insertis haberi volumus, et presentibus quoad debita dictorum judeorum revocamus et decernimus prorsus carere viribus et effectu, etiam ubi jam concessa innuant quod eorum revocationes seu provisiones contrarie aliter non valeant, nisi eorum tenor in ipsis revocationibus et provisionibus inseratur, vel manu nostra propria sint subsignate, vel alia quecunque verba nostra contineant hujus nostre provisionis impeditiva, seu ei adversantia vel derogantia, quomodo nec obstantibus oppositionibus, malitiis, diffugiis, exceptionibus et excusationibus quibuscunque; cum Nos, attenta declaratione et provisione nostra preinserta que illibata debet servari, et attento etiam quod, si judei predicti, qui *ratione vehementis mortalitatis et penurie, que anno isto viguerunt, depauperati sunt et diminuti quamplurimum,* sua nequirent debita cum eorum lucris repetere, nec illis se juvare possent utique, cum *magnam vel forsan majorem par-*

(1) Albaláes.

tem facultatum suarum in debitis convertant et teneant(ur) peitas et subsidia solita seu debita Nobis tribuere, nec vitam suam (possent) sustentare, sic de certa scientia et consulte pro interesse nostro et judeorum ipsorum duxerimus providendum, litteris et provisionibus quibuslibet, factis vel fiendis in contrarium, obsistentibus nullo modo.

Data Ilerde, nona die Junii anno a Nativitate Domini M.CCC. septuagesimo quinto.

Rex Petrus.

Entre otras ventajas para el adelanto de la Historia, ofrece ese privilegio un dato notabilísimo en confirmación de la acerbidad de la peste que hizo este año de 1375 en Mallorca más de 35.000 víctimas.

La vehemente carestía de víveres y la mortalidad que habían afligido á los judíos mallorquines y desolaron la isla durante este año de 1375, y se atestiguan por el presente diploma regio, eran ya conocidos de una manera vaga y general por los *Anales* de Zurita (1) y los de Mateo Salzet (2), testigo ocular, el cual dejó anotado el número de defunciones.

A 9 de Abril de ese mismo año espiró, víctima de la enfermedad reinante, el obispo D. Antonio de Galiana, que en 1.° de Junio de 1373 había promulgado la siguiente constitución, tutelar de los derechos de la aljama sobre que ningún judío se bautizase antes que se cumpliese el triduo de su conversión al cristianismo, manifestada públicamente y comprobada por claras señales de adhesión sincera.

«In nomine Domini, amen.

Sacrorum canonum institutis (3) liquido constat nemini judeo

---

(1) «En principio de este año de mil y trescientos y setenta y cinco hubo en estos reinos tanta falta y carestía de trigo por la seca y esterilidad del año pasado, que en muchos lugares de Aragón, donde se comía pan de trigo, era del que traían del reino de Fez y de otros reinos de Berbería.» Libro X, cap. 19.

(2) «Anno a Nativitate Domini M.CCC.LXX quinto fuit in Maiorica magna et crebra mortalitas; tam intus civitatem quam extra, qua gentes diversarum numero decesserunt ultra XXXV millia; et dicta mortalitas incepit mense januarii dicti anni.» *Viaje literario*, tomo XXI, pág. 218.

(3) Concilio Toledano IV, can. 57; Bracarense II, can. 1.

vel pagano ad credendum vim inferre; cui enim vult Deus miseretur, et quem vult indurat; non enim tales inviti sunt salvandi, sed volentes ut integra sit forma justitie; et ante dies viginti ad baptismi purgationem non admittantur, infra quos catechumeni ad simbolum Apostolorum spiritualiter doceantur. Super quibus, judeorum aljame Majoricensis crebra fuimus supplicatione pulsati pro observantia sacrorum canonum predictorum.

Nos igitur, Antonius, miseratione divina episcopus Majoricensis, cupientes justa petentibus assensum non denegare, et quod consuetudinis ususque longevi non sit vilis auctoritas, fecimus diligenter inquiri; et testimonio rectorum, vicariorum et aliorum curatorum, juratorum concorditer fuit compertum, quod judeis sacro baptismo suscipiendo ad ecclesiam confugientibus, ante tres dies infra quos in articulis fidei catholice instruebantur, dictum baptismi sacramentum non conferebatur; recogitantes si iracundie ebrietatis vel alterius criminis metu forsitan essent inducti seu provocati; quibus tribus diebus elapsis ad sacri fontis renovationem admittebantur in devotione perseverantes. Quomobrem, attendentes consuetudinem legum optimam interpretem fore, presenti constitutione irrefragabiliter perpetuo servatura, ordinando mandamus quod nullus judeus ad sanctum baptisma admttatur nisi post lapsum trium dierum, forma narrationis predicte plenius observata. Et si quisquam curatorum, seu eorum loca tenentium, aut alius presbiter contrarium attemptare presumpserit, penas decem librarum fabrice ecclesie Majoricensis applicandarum, et excommunicationis incurrere volumus ipso facto.

Datum Majorice sub majoris nostri sigilli appensione, die prima mensis Junii, anno a Nativitate Domini millesimo CCC LXX tertio.

Tres días después que hubo fallecido D. Antonio de Galiana († 9 Abril 1375), fué acordada por el cabildo de la catedral la elección del famoso Pedro de Luna para ocupar la Sede vacante; pero Benedicto XI no confirmó la elección. Hemos querido mencionarla aquí, porque la historia de los judíos mallorquines se traba íntimamente con la de aquel antipapa (Benedicto XIII) que inspiró á D. Fernando I de Aragón el terrible decreto del 20 de

Marzo de 1413, que ha sido publicado por Villanueva (1), y fué como el rayo precursor de la bula expedida en Valencia á 11 de Mayo de 1415.

Madrid, 17 Noviembre 1899.

FIDEL FITA.—GABRIEL LLABRÉS.

II.

NUEVAS OBSERVACIONES SOBRE LA GEOGRAFÍA ANTIGUA DE ESPAÑA.

Cuando en el cuaderno de Junio del año pasado compuse los nuevos nombres geográficos, que por primera vez aparecieron en los sellos y rótulos de las ánforas del Monte Testáceo en Roma (2), de muchas de las localidades nombradas en ellos, no supe indicar en dónde habían de buscarse, sobre todo las que pertenecían, como ha de suponerse, no á poblaciones mayores, sino sólo á fincas rústicas, á viñas y olivares, etc. Sin embargo, casi en todos los países en donde los romanos una vez han dominado, no sólo gran número de nombres de poblaciones hasta hoy han durado, aunque con mudanzas ligeras debidas al cambio de la pronunciación en los respectivos idiomas modernos, sino la misma distribución de las posesiones rurales se ha mantenido con notable firmeza. En Francia, por ejemplo, un sinnúmero de nombres locales se remontan á la época de la ocupación romana de las Galias, la cual ha dejado sus huellas en los confines de las comarcas actuales; como Fustel de Coulanges, d'Arbois de Jubainville y otros oportunamente han observado (3). Para la

---

(1) *Viaje literario*, tomo XXII, páginas 258-264.—Comparando este decreto con el *Ordenamiento de Valladolid* (2 Enero 1412), se ve que es mucho más acerbo, y que transciende á casi todos los actos de rigor que la bula prescribe.

(2) BOLETÍN, tomo XXXIV, páginas 465-503.

(3) Véase sobre todo el libro del último de estos dos sabios que aún vive, H. d'Ar-